UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

IX. Eine Urkunde des Pseudo-Markgrafen Woldemar für die Stadt Wusterhausen, v. J. 1349.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54407

Visual Library

IX. Eine Urkunde des Pſeudo-Markgrafen Woldemar für die Stadt Wuſterhauſen, v. J. 1349.

— iſt in dem Grund- und Lagerbuche der Stadt vom Jahre 1744, da ſelbige noch eriſtirte, nur mit der Bemerkung erwähnt: „Litera Domini Marchionis Woldemari reverſi ſua de peregrinatione, data Kyritz 1349“. Jetzt iſt derſelbe nicht mehr aufzufinden geweſen.

X. Markgraf Ludwig beſtätigt der Stadt Wuſterhauſen ihre Rechte und Freiheiten, namentlich den Zoll und das Holzungsrecht im Rodan, im Jahre 1351.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, ſacri Romani jmperi Archicamerarius, Comes Palatinus Reni, Bauarie et Carinthie dux, Tyrolis et Goritie comes nec non Aquilejenſis, Tridentinenſis et Brixienſis eccleſiarum Aduocatus, ſingulis et uniuerſis preſentia uiſuris ſalutem et noticiam ſubſcriptorum. Quamuis fideles noſtros ciuitatis Wuſterhuſen ciues ad Nobilem uirum Vlricum comitem de Lindow, auunculum et capitaneum noſtrum generalem dilectum, hereditarie ſibi committendo remiſimus et reſignauimus, attamen ipſos nunc, velut prius, cum nobis ſubjecti fuerunt, tueri uolumus et in omnibus ipſorum iuribus et libertatibus ſuis et ſpecialiter in theloniis tam in aquis quam in terris noſtris marchie apud predeceſſores noſtros marchiones Brandenburgenſes felicis recordationis et etiam apud nos hactenus habitis et obſeruatis, velud in ipſorum marchionum Brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum et noſtris priuilegiis ipſis deſuper datis, exprimitur, gratioſius conſervare. Poterunt etiam ligna de nemore noſtro dicto Rodan infra fluuium Doſſe pro ſuis vſibus legitimis recipere et ſicut antiquitus usque in hodiernum diem facere conſueuerunt, deducere, noſtro, heredum et officiatorum noſtrorum preſencium et futurorum impedimento quolibet quieſcente. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes vero ſunt Reuerendus in Chriſto Pater dominus Borchardus hauelbergenſis eccleſie epiſcopus, auunculus noſter dilectus, nec non ſtrenui viri Hermannus de Rederen, Willhelmus Bombrecht Pincerna noſter, Petrus de Breydow, Dypoldus Heel Marſchalcus noſter et Otto de Helbe cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in ciuitate noſtra Kyritz, Anno Domini MCCCLI, feria tertia infra octavam epiphanie Domini.

Nach einer Copie des Geheimen Staats-Archives R. 55. I. II. Fehlerhaft bei Buchholtz Geſch. der Churm. Thl. V, S. 98 und Dieterich a. a. O. S. 64.

XI. Fundationsbrief der Kapelle des heiligen Stephan vor dem Kampehlſchen Thore zu Wuſterhauſen, vom Jahre 1351.

Dieſe Urkunde iſt in dem Grund- und Lagerbuche der Stadt Wuſterhauſen vom Jahre 1744, als damals noch vorhanden aufgeführt, eriſtirt indeſſen gegenwärtig nicht mehr.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN